intus .i. occulte vermes detractoēs
alioꝝ deuoratores actū ·

C Capl'm decimū · A

Aulo et barnaba regi
onēꝫ luſtrantibus con
tigit ꝙ dū eēnt liſtris ·
vir quidā infirmus ſe
debat claudus pedibus ex vtero
matris ſue · dū ergo audiens pau
lū loquētem haberet fideꝫ vt ſanꝰ
fieret dixit ad eum · Surge et ſup
pedes tuos ſtare rectus · q̄ exiliens
ambulabat · Turbe autem licaoni
e clamauerunt · Dij ſil'es facti hoi
nibus deſcenderunt ad nos · bāna
bam ergo iouē dixerunt · paulum
eo ꝙ dux eſſet mercuriū vocauerūt ·
ipſi adductis theſauris et coronis
ſacrificaſſent eis niſi apl'i phibuiſ
ſet · Actuū · xiiij · Mor Iſta poſ
ſūt applicari ad pdicatoēs q̄ tueā
qñ ipſi ſuis doctrinis et exēplis fac
ſūt claudos .i. pctōēs et i moribus
claudicātes recte p iuſticiā īcedē
digni ſūt ꝙ gētiles .i. ſeclaēs ipſos
deos .i. ſctōs debeāt exiſtimare et ſac
ficia honorū tpaliū ipſis tribuere di
centes · Dij ſimiles facti hominibꝫ
deſcēderunt ad nos · tales dij id ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celeſtes merentur dici · et tam iu
piter qui dicitur iuuās pater · q̄
mercurius qui dicitur ſapiens ciui
tatem poſſunt vocari · eo q̄ pecca
tores per eos ſicut per patres ſo
lent iuuari · et ipſis celi ciuitas a
periri · ps · Ego dixi dij eſtis et filij
excelſi omnes · Talibus debent ſa
crificia · i · extremi honores offerri que
ſi vltra modū excedūnt debent p
eos refutari · teſtante · Gre · Pre
dicatorib9 debētur tpalia · q̄ largi
untur ſpūalia · // B ¶ Vl' dic
q̄ nullus ſāct9 homo debet ſuſtine
re q̄ aliquis ipſum deū reputet · i ·
q̄ maiores laudes q̄ ſua requirant
merita ſibi formet · vl' q̄ ſacrificia
vane laudis ſibi offerat · vl' q̄ de
ipſo aliquid vltra veritatem exiſ
timet · Pſa · i · Ne offeratis vltra ſa
crificiū fruſtra · Cuius contrariū fe
cit herodes · qui ſicut ſup̄ caplo ·
xij · viſum eſt · deum ſe vocari ſuſ
tinuit · et ideo iſte ſalariū repor
tauit · // C

PAulus lapidatus et extra ci
uitatē liſtris tract9 · vbi p̄
us tanq̄ deus fuerat exiſtimatus ·
a turb̄ extra vrbem proiectus mor
tuus fuit creditus · qui tādē poſt
turbarum receſſum ſurrexit et cir
cunſtantib3 fratrib3 ciuitatē3 intra
uit · et die poſtera de ciuitate re
ceſſit · et valefaciēs fratribus dixit
per multas tribulationes oportet
nos introire in regnum dei · Illa
allega q̄ illi qui ſunt in lyſtris q̄
erat ciuitas gentiliū · i · in mūdo qui
eſt habitacō peccatorum · ſicut dij ali
quotiēs honorāt et ibidē3 quoq3 v'ſa
vice per infortunia lapidātur · V
bi enī fortuā hominē eleuat · ibidē
quādoq3 ipſum lapidat et cōdēp
nat · vn̄ Seneca · Fortuna vitrū ē
cū ſplendet frāgitur · Vl' dic q̄ in
hoc p̄t notari q̄ quādoq3 viri ſan
cti poſſūt licite ſe mortuos et alia
ſimilia fingere · vt ſic poſſint impi
orū ſeuiciam declinare ·

¶ Caplm vndecimū · // A

IN caplo · xv · fit mētio
quomodo determinatū
eſt cōuerſos ad xpi fidē
ad onus graue ceremo
niarum legis nō teneri ac̄ · hoc ſi
indiget expoſitione Illud autē qd
tandem ſeq̄tur · q̄ orta eſt diſſen
ſio inter paulū et barnabā ſtatu
entes rēuiſitare p eos in diuerſis
ciuitatib9 cōuerſos · et frēs ibidē et
moribus ſolidare · ita q̄ ab inuicē
ſunt diuiſi · vn9 q̄dem electo vno
ſocio ad vnā ptem · alius cū alio
ad aliā iuit · // Mor ¶ Allega q̄ oc
culta dei p̄uidentia inter viros ſa
ctos quoq3 permittit diſſenſiones
vl' aliqua alia leuia ſcādala · et hoc
quando videt huiuſmoi mala in
bona poſſe conuerti · et in meli9 cō
mutari · Iſti q̄ diu ſolū fuiſſent
ſimul i vno loco fructū nō feciſſēt
ſed ab inuicē diuiſi i plurib9 locis
predicauerūt · et ſic nomē xpi fidē
q3 eius multo ampli9 adauxerūt
Bona ergo erāt illa diſſenſio ex q̄
occaſionalit̄ orta eſt fidei xpi mul
tiplicacō · vn̄ xp̄c dicit · Luce · xij ·
q̄ nō venerat pacem mittē in ter
ram ſed ſeparationē ·

¶ Capitulum duodecimū // A

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PAulus circũcidit thimo
theũ q̃ erat gentilis · cũ
tamen ſciret circũciſio
nẽ non eſſe neceſſariã ·
ipſam et alias ceremonias nõ eẽ
fidelibus imponẽdas · ſicut patet
in capitulo precedẽte · hoc tamen
fecit ad iudeorũ ſcãdalũ vitãdũ ·
quorũ multitudo in illis ptibꝫ cre
diderat q̃ ad huc circũciſioẽꝫ tene
bãt · Non poterãt em̃ ita ſubito ri
tus nouos accipe et ſuos mores ã
tiquos abdicare · Simile ꝓbat̃ in
ſra caplo · xxi · vbi paulꝰ de cõſilio
ſeniorũ a nazareũ et legis obſuato
reꝫ ſe ſimilauit · et cũ alijs nazare
is templum ad ſe purificandũ i
trauit · vt legis obſeruatoreꝫ ipſũ
iudei crederent · et illa q̃ de ipſo
audierãt falſa eſtimarent offerẽs
ſacrificiũ acceptauit · Actuũ · xvi

Mor · Illa poſſũt allegari ad du
o · vnũ eſt ꝙ ſcꝫ ꝓ vitando ſcãdalo
a paruulo · licitũ eſt fieri qꝺ alias e
rat illicitũ · et diſſimulaȓ qꝺ nõ ẽ
verũ · Lu · xxiiij · Fingebat ſe lõgi
us ire · Aliud em̃ eſt ꝙ cito et faci
liter nõ poteſt mutari illud quod
diu fuit obſeruatũ · ꝓu · xxij · Ado
leſcens iuxta viã ſuã ambulans ·
et cũ ſenuerit nõ r̃cedet ab ea · B

PAulꝰ a ſilas vetati ſũt a ſpũ
ſcõ predicare in frigia bithi
nia et galacia · vocati vero ſunt in
macedonia euangelizaȓ · ſicut pau
lo per viſũ eſt oſtẽſuꝫ · vbi videba
tur ſibi ꝙ homo macedo ad euꝫ ve
niebat · qui eius auxiliũ implora
bat · Mor · Hoc p̃t allegãi quõ
ſpũs vbi vult ſpirat et quomodo
quoſdam repudiat · Et quomodo
predicatores ſuos per occultaꝫ in
ſpirationeꝫ nũc ab illo loco retra
hit · nunc ad alium mittit · Nouit
em̃ deꝰ q̃ ſũt eiꝰ · ideo ſcꝺꝫ ꝙ vnũ
vel aliuꝫ eligit · ſcꝺm hoc predica
tores ad eos mittit · Iohã · Ego ſci
o quos elegeriꝫ · C

CVꝫ philippis que eſt ꝑma ci
uitas macedonie eſſet quedã
puella ſpũ phitonico plena · q̃ diui
nando queſtũ magnũ ſuis dñis ex
hibebat · factũ eſt ꝙ paulũ et ſilã
ſequeretur · Iſti homines inq̃ebat
ſerui dei excelſi ſunt · qui annũci
ant nobis viam ſalutis · cõpatiẽs
ſibi paulꝰ im perauit imũdo ſpiritui
ꝙ ipſam dimitteret · et ſic eam ꝑ
tinus a ſpũ phitonico liberauit · De
inde vero dñi puelle vidẽtes · ꝙ lu
crũ ſuuꝫ defecerat · et ꝙ puella ſa
nata michil amplius diuinabat · apo
ſtolos inuaſerũt · et facto concur
ſu ipſos traxerunt ad principes q̃
ipſos publice ceſos in carcereꝫ de
truſerunt · Mor · Iſta allega
quomodo multi ſunt qui non cu
rant de ſuorũ filiorum ſubditoruꝫ
ſpũali ſalute · ſed ſolum de ꝓpria
temporali vtilitate · non curant ſi
dyabolo vel ſpiritui immundo et
peccato ſubiciantur · dũ tamen ali
qua lucra ſue burſe ſubordinantur ·
Iſta videmus de parentibus et ami
cis ſecularibꝫ · qui ſi habent aliquã
puellam · i · filiũ vł amicuꝫ ſpũ phi
tonico · i · ſciencia dyabolica plenuꝫ
diuinatoreẽ et aduocatũ et in ſecula
ribꝰ ſcientijs eruditũ · vidẽtes ꝙ
queſtus honor vtilitas temporalis
ex hoc ipſis aduenit · nolũt ipſuꝫ
ab hoc ad deũ conuerti · ſꝫ potiꝰ ipſuꝫ
plus diligũt in ſeculo conuerſari · õ
nes em̃ que ſua ſunt querunt nõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que ihesu cristi · phil · iiij · Vñ si cõ
tingat q tales ad inſtitutũ pauli a
ſyle. i. bonorũ religioſoꝝ ſpũaliter
ſanctur · et ad religionẽ cõuerſi a
poteſtate dyaboli liberent · ſtatim
dñi taliũ. i. ipſoꝝ tẽpales parentes
vidẽtes q ſpes temporalis quã habe
bant in tali defecerit incipiũt con
triſtari et cõtra ipſos qui eũ ſana
uerũt. i. q eũ ad religioẽ duxerũt
ſolent turbari et in eos debacha
ri dicẽtes · Vij homines cõturbãt
ciuitatẽ noſtrã cũ ſint iudei. et an
nũciãt morẽ quẽ nõ licet nob reci
perẽ cuȝ ſimꝰ romani · Sic ad litte
rã ſeculares vocãt religioſos orbis
turbatores · et ipſos iudeos et ſu
perſticioſos dicunt · et eẽ viles re
putãt · ſe vero romanos. i. nobiles
eſſe ferunt · Nõ licet dicũt hũc mo
rem ſuſcipẽ cũ ſimꝰ romani · et ñ
licet nob religioſos vel clericos fi
eri cũ ſimꝰ nobiles et magni · Jo ·
viij · Semẽ abrahe ſumꝰ a nemini
ſeruiuimꝰ: // D

Paulo et ſyla truſis i carcerẽ
et eoꝝ pedibȝ ſtrictis ligno
factꝰ eſt terre motꝰ · a fũdamẽta
carceris mota · fores apte · vincula
ſoluta · et lumẽ refulſit vndiq · q
bus viſis cuſtos carceris cõuerſus
eſt ad dominũ · et cũ tota domo ſu
a baptizatus · // Mor ¶ Hic alle
ga q mors et tribulatio apoſtoloꝝ
et martirũ valde pfecerũt ad vti
litatẽ noſtrã · dũ in eorũ tribulatio
nibȝ et morte miracula fiebãt · Cũ
exiſtẽtes in carcere ceteris predi
cabãt. vl epiſtolas ſcribebãt et ad
remota mittebãt · quãdoq actua
lit hoĩes ad xpm ↄuertebãt · vel
saltẽ nos et alios q nũc talia legi
mus in fide ſolidãt · ſicut de beatõ
paulo legit · q i carcerẽ poitꝰ ſcri
bebat epiſtolas · q nũc magis pro
ficiũt vniuerſis · q ſi tũc liber ex
iſtens pſonalit pdicaſſet · ſcit enĩȝ
deꝰ de tribulatioibꝰ ſãctorũ et alio
rũ bõ elicere · quĩymo mala talia
euenĩe nõ pmittet · ñ ſciret ex ta
libꝰ vtilitatẽ aliquã puenĩe · Deu ·
xxxij · Vt ſugeret mel de petra · et
oleũ de ſaxo duriſſimo ·

## ¶ Caplm decimũ tercium · // A

DVȝ paulꝰ eſſet athenis
a ibi nomen dñi predi
caret · factuȝ ẽ q phari
ſei a alij audiẽtes q fu
turã reſurrectionẽ dicẽt · ceperũt
eum deridere et verba eius nuga
toria reputarẽ · vñ quidaȝ dicebãt
q nouorũ demoniorũ videbat eẽ
denunciator · Alij dicebãt q erat
verboꝝ inutiliu ſeĩator · ipſe apt
hoc non deſtitit · ſed cũ ipſis diſpu
tans et fidẽ eis pdicãs · mltos ad
fidem cõuertit · et dicit ibideȝ q a
theniẽſes et alij hoſpites ad nichil
aliud vacabãt · ñ dicẽ et audiẽ ali
quid noui · Actuũ · xvij · // Mor
¶ Iſta applicat cõtra modernos au
ditores ſermonuȝ · ad hoc enĩ deue
nit humana demẽtia · q homines
plus querunt vana q vtilia · quĩ
ymo multi videtur ſimiles eẽ athe
nienſibus · qui curioſitatis gratia
magis q vtilitatis ſermones alio
rum audiunt · quos tandem modi
dica occaſiõe deſpiciunt · vnde Se
neca · Natura humana nouita
tis eſt auida · Si enim predicator

dicat cõmunia et vtilia ñ ad volū
tatē ipſorū. ſtatim ſolēt eum deſpi
cere et omnia verba ei⁹ quaſi ſā
cta et vtilia dāpnare dicētes Quid
vult ſeminator verborum hic dicere
Alij dicūt q novorum videtur denū
ciator eſſe. vñ ſapiens. prou. xviij.
Nō recipit ſtultus verba prudēti
e. niſi ea dixeris q̄ verſatur in cor
de ſuo. B

Vidēs paulus ydolatrie deditā
athenienſium ciuitatē. incitaba
tur ſpūs eius. et circūſpiciēs ſimu
lachra. inter cetera inuenit ibi aram
et ydolū. cui⁹ titul⁹ erat ignoto
deo. qua occaſione accepta p̄dica
re cepit. et illū q̄ erat de⁹ ignot⁹
hominibus ānūciauit dicēs. Quem ig
norātes colitis hūc ego ānūcio vo
bis. Narrat enī q in paſſiōe xpi
cū ſolis eclipſis vniuerſalis fieret
et ipſa eclipſis naturalit fieri nō
valeret. pro eo q luna in oppoſitio
ne nō in cōiunctōe ſolis eſſet. phi
loſophi qui erant athenis illud tā
mirandum factū alicui ignoto nu
mini a deo attribuerūt. quē tunc
pati alicubi dixerūt. et ideo igno
to deo ydolū erexerūt. tūc fertur
dyoniſius ariopagita qui tūc erat
athenis philoſophus. et ariopago
.i. loco vbi diſputabat prefectus
iſta verba dixiſſe. aut deus nature
patitur aut mundi machina diſſipa
tur. Paulo ergo ſup titulo huius
ydoli diſputante. iſte dyoniſi⁹ cri
ſto credidit. et vna cū multis alijs
pauli diſcipulus factus fuit.

Mor Illud allega ↄtra gētiles q̄
adorant deū ignotū. adorat enim
deū tanq creatorē. ignot⁹ tn̄ ē eis
q xpm neſciūt redēptorē. vñ nos
ipſis poſſum⁹ dicere illud. Jo. iiij.
Nos adoram⁹ quod ſcimus. vos a ado
ratis quod neſcitis. quia ſalus ex iu
deis eſt.

## Capitulum decimū quartū. A

Videntes quidam iudei mi
racula que paul⁹ facie
bat. et quomodo demo
nes de obſeſſis corpori
bus expellebat. ceperūt per nomē
xpi demones adiurare. et quaſi
xpo nō crediderūt ceperūt tamē
ſuper obſeſſos nomē dn̄i inuocare
dicētes. Adiuro vos per deū quem
paulus predicat. Dū ergo quadam
die hoc facerent incepit demoni
ac⁹ ſeu demō i. demoniacus dicere p
hec verba. ihm noui et paulū ſci
o. vos aūt q̄ eſtis. inſiliens ergo ip
ſos ad terrā proſtrauit. et dominat⁹
aliorum ipſos nudos et vulneratos di
miſit. Actuū. xix. Mor Illud
poteſt allegari ↄtra p̄dicatores qui
dicunt quod non faciunt. q̄ iuxta
verbū apoſtoli ad titum ſecundo
Confitentur ſe noſſe deum. factis
autem negant. ſicut ad litteram
ſunt ypocrite. qui in nomine ihū
ſolent predicare et quāuis non te
neant vitam ihū. gaudēt tn̄ pre
dicādo in nomine eius virtutes fa
cere ita. q quādoq bn̄ docēdo ſolēt
demōes et pctā de pcōribz ppul
ſare. Mar. ix. Dñe vidim⁹ quēdā
in noīe tuo eicere demonia q̄ nō ſeq
tur nos. Sed quod. p̄ cto dñs ↄtra tales
indignatur et eos tanq indignos
eo q p̄dicent nomen ſuū in mani
bus demonum tradit. a quib⁹ fi
nalit affligūt. ps Quare enarras

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuſticias meas dixit dominus pec
catori · ⁊ aſſumis teſtimoniū meū
per os tuum · tu vero odiſti diſci
plinam ⁊c̄ · ꝑpterea deus deſtruet
te ī finē ‖ B ¶ Vl̄ dic ꝙ iſti met
demoniaci quos tales volunt cura
re .i. peccatores quos tales mali p̄
dicatores volunt conuertere ſolēt
ipſis dicere · Iheſum noui et pau
lū ſcio · vos aūt q̄ eſtis? ſcȝ q̄ verba
dicitis et opa non facitis · ⁊ ore cō
fitemini que opibȝ īpugnatis Me
dice inquiūt cura te ipſum · Tales
ſolent quādoqȝ iniurijs diſcerpere
tribulare et opprimere · veſtimēta
tēporaliū tollere · et eos infeſtare
Sicut ad litteram patet de mūdi
tirannis · qui q̄ȝ vident religioſos
et prelatos verba habē et nō opa
ideo ipſos ſpoliant · ⁊ cōtempnūt
verba eorū · ⁊ p iniurias ipſos ḡ
uāt · Iob · xxiiij · Nudos dimittūt
hoēs veſtimēta tollentes · Dicant
ergo predicatori illud · Iohā · ix ·
In peccatis natus es tot⁹ et tu do
ces nos ·

¶ Capitulū decimū quintū · ‖ A

Tvuenis q̄dā p̄dicante
paulo obdormiuit ⁊ de
tercio cenaculo q̄ſi mor
tuus cecidit · queȝ apo
ſtolus mox curauit · Actuū · xx ·
‖ Mor ¶ Hoc allegari poteſt ꝙ qui
in verbis apoſtolorū dormiūt · et
qui doctorū p̄dicatorū prudētiūqȝ
hominū ſermonibȝ non intendūt ·
ſed potius in vitijs delectātur faci
liē p peccatū corruūt et cadūt ‖ B
Paulus volens ire ī iheruſalē
inter cetera de ſe dixit · Alli
gatus ſpū vado in iheruſalem · ig
norans quid michi ibi ſit futurū
niſi quia ſpūs ſanctus vbiqȝ dicit
michi · ꝙ vincula et carceres me
manent · vnde legitur in ſequenti
capl̄o · ꝙ propheta agabus zona
pauli pedes ſuos ligās dixit Hec
dicit ſpūs ſanctus viruȝ cuius zo
na hec eſt ſic alligabūt ī iheruſalē
Qua de cauſa cū a fratribus roga
retur ꝙ non iret · ſibi perſuaderi
non potuit · ſed contra voluntatē
omniū illuc iuit · vbi ſtatim capt⁹
verberatus alligatus et romaȝ po
ſtea ductus fuit ‖ Mor ¶ Recte
ſimilia experimur cottidie in actibȝ
humanoꝝ · Sic em̄ neſcio qua ne
ceſſitate vel occulta dei voluntate
quādoqȝ homo tanq̄ alligat⁹ ſpū
in infortuna ruit · et dato ꝙ ſciat ſi
bi ꝓſpere non ſuccedere negotiū
tamen illud ꝓſequi nō obmittit
et cum poſſit fugere non fugit · ſȝ
veluti ac ſi voluntarie in penaȝ cu
rrerct ab opibȝ ill' non deſiſtit · alli
gatus vtiqȝ ſpū · qd̄ em̄ deus futu
rum decreuerit non poteſt huma
na ſagacitas impedire · ſed potius
creatura creatori deſeruiens ſolȝ
occulte dei ordinationibus cū hoā
venerit obediē · Ge · xxiiij · A deo
egreſſ⁹ ē ſmo ⁊ n̄ poſſu⁹ extra ‖ C
Paulus non grauabat expen
ſis illos quibus predicabat
ſed potius manibus laborabat vt
haberet vnde viueret · nec ab eis
aliq̄d accipiebat ſed eos libere ī
ſtruebat Hic p̄t notāi ꝙ p̄dicato
res p̄dicātes n̄ dn̄t elemoſinas pe
tē · ⁊ hoc ne videāt queſt⁹ grā p̄di
caē · Lu · vi · Gratis accepiſtis gra
tis date ⁊c̄ ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Capitulū decimū ſextū // A

Q Vāuis beatus paulꝰ ſe
alligandū in ihrl'm · et
tribulationes paſſuruꝫ
audiret · et hoc ſibi ſpi
ritus ſanctus reuelaret · a ꝓpheta
agabus prediceēt · fribus diſſuadē
tibus noluit acq̄eſcē · ſ futura tri
bulamina vilipendēs patū ſe aſſe
ruit ꝓ criſti nomine morteꝫ et vi
cula ſuſtinere · Actuū · xxi · //
Mor ¶ In hoc docet predicator
euāgelicꝰ · vl' q̄cūq ꝓfeſſor catho
licus · ꝙ vbi de fidei vtilitate agiē
nō debet tribulationes metuē · nec
iter fidei et p̄dicationis opa dimit
tere · ſ ꝓ noīe dm̄ vinculis mori
q3 et laboribꝫ ſi fuerit neceſſe ſe do
naē · dicēs dnō illd · Lu · xxij · Pa
ratus ſū tecū in mortē et in carce
rē ire · Et · Mat · xxvi · Si oportu
ēit me mori tecū nō te negabo B

C Onſequēē hic et caplo · xxij ·
xxiij · xxiiij · fit mentio quō
paulus ſedicioſe fuit captus et a t̄
buno ereptꝰ tortoribꝫ traditꝰ · ſ
ſe romanuꝫ dicēs a tortoribꝰ ē di
miſſus Tādem in iudicio multipli
citer accuſatꝰ a iudeis · p ſūmum
ſacerdotē percuti iuſſus · ita ꝙ ideꝫ
princeps ſacerdotuꝫ ſummus ex
ititit a paulo maledictus · Percu
tiat inq̄t te deꝰ pies dealbate · tu
ſedens iudicas me ſcdꝫ legē et con
tra legē iubes me percuti · Sꝫ hec om
nia traſeo · excepto hoc ꝙ cū ipm
torquere vellet ſe romanū ciuē al
legauit · cuiꝰ ſimile ſup · xvi · fece
rat vbi ꝑꝰ fitomiſſam liberatā in
carcere miſſꝰ fuit · // Mor ¶ Hoc
allega ꝙ nō ē malū viro dei quan
doq3 ſecularium p̄uilegijs et auxilijs
vti · vt vbi ꝓpter dei timorem ſibi
non parcit · ſalteꝫ timore vl' amo
re hominū aliqualiē faueat // C

I Llud autē conſequenter inſe
ro ꝙ cū iudei tā pharīſei q̄
ſaducei q̄ erant ſecte diuerſe · q̄a
pharīſei reſurrectionē futuraꝫ an
gelos et animas poſt morteꝫ viuē
aſſerebāt · ſaducei vēo negabant
ſimul contra paulum conueniſſēt
et ipſū ad morteꝫ peterent · caute
cepit dicere et clamare corā eis ·
viri frēs et ego pharīſeꝰ ſū filius
pharīſeoꝝ · de ſpe et reſurrectiōe
futurorum ego iudicor · Quod au
dientes pharīſei ſtatiꝫ a ſaduceis
diuiſi ſunt · ita ꝙ inter ſe cōtendē
et diſputaē ceperunt : et ita pha
rīſei qui contra paulum acbius ſe
uierant ꝓ ipſo pugnaē ceperunt
// Mor I Llud poteſt allegari
ꝙ ſi quis plures aduerſarios con
tra ſe confederatos habeat ſumma
prudentia eſt · ſi eorum fedus et cō
cordiam admuicē aliquo articulo
diſrūpat · vt ipſos p ptes diuiſos
facilius ſuperet et euadat ꝛc̄ · // D

I Lld etiaꝫ qd ſeq̄ē ꝙ ſcꝫ q̄dra
gita viri venerūt ad princi
pes ſacdotū dicētes Deuocōe deuo
uiꝰ nos nichil guſtaturos donec
occidamꝰ paulū · et ideo ordiaue
rūt inē ſe ꝙ iterū ad iudiciū corā
tribuno vocaēē · vt dū veiret ad lo
cū in via interficeretē ab eis · Nd ta
men deo nolēte fuit aliē ordinatū
// Mor ¶ Hoc poteſt allegari ꝙ hodie
ſunt multi iniqui homines q̄ ſe re
putant deuote et ſcē agere · quan
do ſanctos viros poſſūt occidere
ſicut ad litterā patꝫ de mltis mal

ſecularibus q̄ reputant ſe bonos·
quādo religioſis et clericis poſſūt
nocere· vn̄ ſic videtur illud· Joh·
xvi· Venit inq̄t hora vt omnis q̄
interficit vos arbitretur ſe obſeq̄
um preſtare deo

## ¶ Capitulū decimū ſeptimū ‖ A

Dominus diſpoſuerāt q̄
paul⁹ iret romā et ibi
nomen dn̄i p̄dicaret·
vnde ſupra· xxiii· dix
it ſibi· cōſtās eſto paule· ſic̄ de me
teſtificatus es in ihrl'ſalē· ita ro
me oportet te teſtificari· verūpta
men per quot vias modos et cau
ſas romā p̄uenerit infra patet·
Fugit enim de iherusalem i ceſare
am· et ibi coram felice accuſatus
tandem ab eo dimiſſus et p̄ bien̄i
um relaxatus· poſtea iterū vict⁹
et feſto ſucceſſori traditus· et ab
eo volente gratiā preſtare iudeis
vt reduceret i ihrl'ſalē iudicat⁹:
tunc vero paulus ceſarez appella
uit et ſic miſſus ad ceſarē romam
venit· corā quo nomen dn̄i p̄dica
uit et mltū populū dn̄o recollegit
vbi poſtea mortē p̄ dn̄o toleauit
vt habetur· Actuū· xxiii· et vltra
‖ Nota ¶ Iſta allega q̄n̄o deus p̄
mltas vias ſolet affect⁹ ſuos p̄
ducerē· q̄n̄o et quando decreuerit
aliquid fieri· dato q̄ mlta interual
la fiant· ita q̄ negociū ex toto vi
detur ſopitum· finalit̄ tamen ſolz
ſuſcitare· et occaſiōe accepta pau
rat q̄d decreuerat euenire· Habet
em̄ dominus in omni negotio q̄d
decreuit modos· cauſas· ordinati
onem· temp⁹· horā· et regulaz or

dinatam· q̄ omnia q̄n̄q̄ ſuſpēdit
et poſt q̄n̄ tēp⁹ fuerit negotiū q̄d
decreuerat introducit· vn̄ Eccs·
viii· Omni negocio tempus eſt ⁊c̄·

## ¶ Capl'm decimū octauū· ‖ A

Vm paul⁹ cum m̄ltis
nauigādo de tranſmiſſi
onis in italiā duceret·
factū eſt q̄ poſt mltos
maris impetus· nauis vbi erat in
bitalaſſū· i· in fidum tenacē et bi
tuminoſū impegit· ita q̄ prora ſta
bat immobilis· puppis vero ſolue
batur a vi maris· Armamentis er
go nauis in mare p̄iectis· et neq̄
ſole neq̄ ſideribus poſt multos di
es apparentib⁹· tēpeſtate non exi
gua imminente ablata erat omnis
ſpes et fiducia ſingulorū· Verūp
tamen deus ſalutē animaruz pau
lo cōceſſit· ita q̄ null⁹ ibidē perijt
aut defecit· naufragantesq̄ paul⁹
alloquitur· et ad ſumēdū panem
inuitat et hortatur· Saciati ergo ci
bo nauem alleuiabāt· et frumēta
in mari iactabāt· tandē vero frac
ta naui aliqui natando ad littus
venerunt· alij ſuper tabulas appli
cuerunt et ſic omnes piculuz eua
ſerunt· Actuū· xxvij· ‖ Nota ¶ Na
uis eſt anima q̄ ſcz inferius ad ter
rena debet eſſe clauſa· ſupius ad
celeſtia aperta· interius per humi
litatem concaua· per caritatem la
ta· per perſeuerantiaz et tempera
tiā et cōtinētiam larga· in principio
et fine per abſtinētiā et tēperātiaz
et cōtinētiā ſtricta· pū· xxxi· Facta
ē q̄ſi nauis iſtitoris de longe por
tās panē ſuū· Habz em̄ iſta nauis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duas pncipales ptes · ſcz prorā q̄
ſignat amorē · puppim que ſignat
timorem · habet etiā nauis arma
menta ſcz virtutes et ſciētias · por
tat etiā aliquando frumenta .i. ter
renas poſſeſſiones et diuitias Iſta
eſt ergo veritas ꝙ quando paul9
.i. hūanus animus vel homo tēp
tat nauigare de t̄ra pmiſſiois .i.
de ſtatu gratie · in ytaliā que inter
pretatur exceſſus .i. in mūdū vbi
faciliter excedim9 per pccm̄ · et pp
ter hoc mari .i. mūdi fluctib9 et a
maritudinibus aīe ſue nauem ex
ponit · quādoqꝫ ↄtingit ꝙ tēpeſtas
tribulationū et tēptationū ſibi na
ſcitur · lux vero ſol et ſiderū .i. grā
dei et ſcōꝝ vl' doctrina bonoꝝ ꝑdi
cātoꝝ eidē penitus denegeẗ · Sapiē ·
xvij · Et ignis q̄dē nulla vis pote
rat illis lumen p̄bere · nec ſiderum
lipide flāme illuminare poterant
illā noctē horrēdā · ita ꝙ prora ꝑ
ma pars nauis aīe amor ſcz ipſi9
in bitalaſſū que eſt terra tenaciſſi
ma .i. in mūdi bonis terrenis p af
fectionē impigitur · vbi p auariti
am arreſtaẗ et ſiſtit · puppis vero
.i. timor īpetu maris .i. t̄bulatioib3
ſoluiẗ · et ſic p diuerſa pccā nauis
anime diſſipaẗ · Armamēta virtu
tū pdūẗ · et paul9 cū ſuo populo
.i. ratio cū cordis affectib3 piculis
exponiẗ · Verūptamē quādoqꝫ con
tigit ꝙ poſt illā fractōnē .i. poſt a
mime pccm̄ aliq̄ p maē penitentie
nauigātes et tabul' diuine miſeri
cordie ſe ↄmittētes ſaluātur et ad
portū ſalutis grē deducūẗ · qd potiſ
ſimē cōtingit qn̄ ab dine lectōis
ſunt r̄fecti · frumēta .i. mūdi bona
in mare .i. in amaros pauperes per
elemoſinas ꝓiciunt · nauem mētis
a terrenis exonerāt et per ēterno
rum ↄtemptū alleuiāt et extollūt
Mar · viij · Nauicula in mari iacta
bitur magnis fluctib9 · ‖ b ¶
Vel dic ꝙ nauis eſt ecc̄ia cuius ꝑ
ma ps prelatos deſignat · vltima
pars ſubditos ſignat · ērgo qn̄ iſta
ꝑma ps ecc̄ie ſcz p̄lati ex toto impi
git i bitalaſſū .i. in amorē et auari
tiam terrenorū · neceſſario fit vt
pars poſterior ſcz populus ſubdi
tus malorum prelatorum exēplo
ſoluantur et ꝙ propter iſtorum a
uaritiam qua terrenis penitus ad
herent et de ſpūalibus et ēternis
nō curant · tota nauis eccleſie tēp
tationum et tribulationum flucti
b3 diſſipetur · tempeſtates enim vi
tiorum inſurgunt · armamēta vir
tutum ꝓiciuntur · et perit lux ſo
lis et ſiderū .i. exēpla ſanctoꝝ defi
ciunt · et ſic q̄ habitāt in hac naui
cula dāpnationis piculū ꝑtimeſcē
ſatis poſſūt · vn̄ ambro · in ſermo
nib3 de cōfeſſoribus · Nauigantib3
vero p hoc maē magnū valde per
timeſcendū3 eſt · ne nauē nrā3 flu
ctus voluptatis abſorbeat · ā in ē
nam ꝑdam pirata crudelis abdu
cat · Qui ērgo ſaluari vult debet ſe
in maē .i. in amaritudinē peniten
tie mittere · tabule diuine miſeri
cordie ſe cōmittere · frumentum .i.
bona mundi ꝓicere et ad portum
ſalutis q̄ xpc eſt per bona opā na
uigare · Johannis · xxi · Tunica ſuc
cinxit ſe et miſit ſe in mare ‖ b
¶ Vl' dic ꝙ paulo anime dantur ne
peant · in quo notatur ꝙ qn̄qꝫ ſo
cietas et oratio vnius boni cauſa ē
ſalutis multorum · aīme non ſed

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nauiꝫ ſoluitur quia deus de poiti
one tempaliuꝫ non triſtatur · In
hoc poteſt notari ꝙ apud deum a
nime corporibus · et ſpūalia tēpoā
libus pferūt · Vł dic ꝙ per naui
pauli intelligitur eccleſia quā ipē
duerit ſcꝫ aſia minor · que eſt tur
chia cuꝫ omnibus ſuis ꝓuincijs ⁊
grecia · et cōmuniter tota plaga
orientalis · quia iſta pauli nauis
pnt inꝗ̄tum tota illa eccleſia per
ſciſmata et hereſes oberrauit

¶ Capitulū decimū nonū A

QVꝫ paulus euaſiſſet de
naufragio barbari pre
ſtabant non modicam
humanitatē eis · Cum
congregaſſet paulus ſarmentoꝝ
aliquātam multitudinē · contigit
ꝙ vipa vi caloris cōmota manuꝫ
pauli arriperet et morſa manu in
ferius dependeret Nō videntes vi
ri inſule ipſum homicidaꝫ dicebāt
vtiqꝫ inquiūt homicida eſt homo
ille · qui cuꝫ in mari euaſerit vltio
diuina non ſinet eū viuere · ipſuꝫ
qꝫ in tumorēꝫ conuertendū ⁊ ſubi
to morituꝝ credebant · ſed vidē
tes ꝙ excuſſa beſtia in ignē nichil
ſibi omnino nocuit · ipſum deum
eſſe ferebant · Actuum · xxviij ·
Mor ¶ Iſta allega contra vanā
⁊ mutabilē opinionēm quotidiā
q̄ neſcientes dei iudicia · quando
vident aliqd infortuniuꝫ alicui ac
cidere · et ſerpentes .i. demonēs vł
tirānos ipſum atrociter inuadere
ſtatim ſolent eum homicidam vel
malum hominem exiſtimare · et
vt per eternam dāpnationem pi
re debeat expectare · ⁊ tamen quā
doqꝫ vident contrarium accidere ·
et leſionem nullam ſubſequi · ſed
poſt tribulationeꝫ huius vite pa
cem et ſolamen ſibi eſſe · thobi · ij
Poſt tempeſtatem tranquillum
facit · Et econuerſo quando vidēt
ſibi proſpere ſuccedere · et nullaꝫ
leſionem ſerpentum .i. nullam tbu
lationem malorum intercedere · ſo
lent ſtatim eum deum et iuſtuꝫ ho
minēm iudicare · cū tamen ſepe cō
tingat vt bonis mala ⁊ malis bo
na ſoleant prouenire · ita ꝙ tpa
les caſus qui accidunt ſiue boni ſi
ue mali bonitatem vel maliciam
hominum non poſſint ꝓprie decla
rare ſicut oſtenſum eſt · Lu · xiij ·
vide ibi · B ¶ Vel dic
ꝙ poſtꝗ̄ homo euaſit naufragiuꝫ
dampnationis eterne · mundi na
uem fractam exeundo ⁊ ad littus
religionis ſe per penitentiam trāſ
ferendo ſepe contingit ꝙ dū per a
liquam recreationem temporaleꝫ
ſe calefacere nititur · ſerpentes .i.
detractores contra eum inſurgūt
qui manum .i. opera ipſiꝰ mordēt
et eum ſi poſſent inuenenāt ⁊ diſ
famant · ſicqꝫ fit ꝙ vbi ad tranq̄l
litatem portus religionis credide
rant veniſſe · detractorum rabies
ipſos fortius ledat Verūptamē ta
lis paulus .i. homo iuſtus debet ta
les ſerpentes in ignem ſue inuidi
e excutere · et de eorum detractio
nibus non curare · et ſic ſi huiuſ
modi excuſſerit et non curauerit ·
ipſum nequibunt ledere vel nocē
ita ꝙ alij ſuā perfectionē vidētes

ipſū deum.i.iuſtum hominez potē ēt exiſtimare. Math. xxvi. Vere filius dei erāt iſte ¶ C ¶ Vl' dic q̄ in littorē religionis ſolet demones ſerpētini illos acrius p̄ tēptatōes mordere: quos vident de naue mū di maris periculū euaſiſſe : et de mūdo ad religionis vel penitentie littora trāſfugiſſe. Vel dic quādo paulꝰ.i.bonus platus. aliquē ſer pentem.i.aliquē malū ſubditū in ignē tribulationis p̄ correctionē mittit. ſtatim cōtra eum ſi poteſt inſurgit. et eū diffamat et pun git q̄ dicitur Eccl'i. x. Qui diſſi pat ſepem mordebit eū coluber q̄ quādo p̄latus mittitur in malis ſub ditis ſepē malaꝝ excuſationū ſpi naꝝ et vitioꝝ p̄ correctionez de ſtruere talis coluber ſolet eū inua dere Nō vicēs p̄latus ipſū debet in iſtū ignē fortit' excutere: et ad ſubeūdū correctionē acrius ꝯpel lere et a tali morſu.i.rebelliōe ꝯpe ſcere et arcere. Ps. In ignem ei cies eos in miſeriis non ſubſiſtēt

¶ Expliciūt Moraliſatōes ſup actꝰ Apoſtoloꝝ. Incipiunt Moraliſa tiones ſup librum Apocalipſis.

¶ Capitulū. Primū. ¶ A

IOhannes in ſilua q̄ dicit' pa thmos q̄ adhuc ē ꝓpe ephe ſum in a ſia mino ri q̄ nūc vocatur turchia vidit raptus in ſpiritu ſeptem candelabra aurea in quorum medio erat ſimilis fili o hōis veſtitꝰ podere p̄cinctus ad mamillas zona aurea: caput ꝛ pi li candidi tanq̄ lana alba et tanq̄ nix. oculi eius ſicut flāma ignis ꝛ pedes ſimiles auricalco in camino ardenti. vox eius ſicut vox aqua rum multaꝝ. ꝛ in dextera eiꝰ ſep tem ſtelle. et ex ore eius exibat gladius bis acutus. ꝛ facies eiꝰ lucebat ſicut ſol in virtute ſua. qui dicebat omnibus p̄ hec verba ego ſū p̄mꝰ ꝛ nouiſſimus. fui mor tuꝰ et ecce ſū viuꝰ in ſecula ſecu loꝝ. Apoc̄ p̄mo ¶ Mor. ¶ Iſta inſula eſt eccleſia que mari.i.amaris tri bulationibꝰ velut inſula circuit'. iſta dicit' pathmos.i.ſeparatio hoſti um l' palpātium q̄ exinde debent ſeparari hoſtes.i.detractores. pal pātes.i.adulatores Ille vir mira bilis qui ibi videtur eſt vir iuſtꝰ et perfectus. l' qui procerto filio hominis dicitur ſimilis pro eo q̄ christo filio virginis per bona opa conformatur. Pſalṗe. xiiii. Simil' ero altiſſimo. Septem candelabra ſignant vniuerſitatem bonarum et honeſtarum perſonarum q̄ per ſeptez vniuerſitates teſte grego. deſignantur. et iſti dicuntur au rei quantum ad valorem ſancti tatis et q̄tum ad ſplendorem ſci entie et ſagacitatis et apparentie et honeſtatis. Quia procerto in medio iſtorum id eſt in ſocietate viroꝝ pfectoꝝ debꝫ iſte p̄latus et pfectus ambulare et viuere. q̄a bona ſocietas honeſta et diſcreta maxime ad prelatos religioſos